disserendum est hic. Exiit inquid filius mulieris israhelitidis et hic erat
filius egyptii inter filios isrl et litigauerunt in castris. his qui erat ex isra
helitide et homo isrlita. Et nominans filius mulieris israhelitidis nomen
maledixit et adduxerunt eum ad moysen et nomen matris eius salomith filia
dabri ex tribu dan. et miserunt eum in carcerem ut iudicarent de illo per pre
ceptum dni. Et locutus est dns ad moysen dicens educ illum qui maledixit ex
tra castra et inponent omnia qui audierunt manus suas super caput eius et la
pidabunt eum omnia sinagoga. Uideamus ergo primo qua sibi uelit historia
quam proposuimus. et quamuis plana uideatur. tamen adhuc euidentius eam
temptemus sub oculis ponere. Ponamus ergo unum ex patre et matre israheli
tici nominis generositate gaudentem. alium ex matre tantum non etiam ex patre
et uelut ex parte nobilem et patre non patris que utiq; melior uideretur sed matris
que inferior est. Si enim pater fuisset israhelita et mater egyptia esset aliquid
amplius hoc enim fuerunt manasses et effraim. Nunc uero scriptum est quia
filius erat mulieris israhelitidis et egyptii patris. Si ergo diligenter secutus es
duos istos uiros. unum ex integro nobilem alium ex parte. intuere nunc eos
litigantes adinuicem. inqualite. his qui patre egyptio et matre sola israhelitide.
genitus uidetur nominans maledixerit. et ob hoc productus sit. his qui maledixe
rat ad moysen. Moyses uero neq; absoluere eum ausus. neq; contempnare
sine dno tradiderunt eum custodiae usquequo ado acciperet responsum qui
uelit fieri de eum. hoc est historiae continentia. Nunc iam uideamus que
sit in ea spiritalis ratio. quae aedificare debet ecclesiam. primo omnium sermo
dicit. quia exiit filius mulieris israhelitidis et egyptii patris et unde uel ex
quo exierit non refert. Inueniuntur enim ambo in castris posita sicut in
dicat sermo dni qui dicit. educ hominem qui maledixit foras extra castra.
Si ergo de castris educitur necessario in castris erat. quid ergo est quod cu
nondum exisset de castris dicit de eo scriptura diuina et exiit filius mulieris
israhelitidis. ego puto quia docere nos uult sermo diuinus quod qui peccat
dupliciter exire dicitur. Primo enim exiit a proposito bono et recta sen
tentia exiit a uia iustitiae. exiit a lege dni. postmodum uero cu confutatus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0539